



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium XVI. Monasterium succedit in Fideicommisso si sine liberis, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

C. de Bon., qua lib. Barth. in l.c. de Vulg. subff. p. 21. Fochin. 6. controver. c. 17.

4. Utrum autem Religiosi non tantum in sim-
pleibus hereditacibus, sed etiam in fidei & Ma-
joratibus succedant, videatur affirmans Barbola
in Colloq. ad iustit. ingressi. C. de SS. Eccles. n. 13. &
in tract. Itor. Eccles. Vn. ab. 3. c. 31. n. 3.

PRIVILEGIUM. XV.

Hereditatem delatam Religi-
oso capit Monasterium etiam
eo mortuo ante additam he-
reditatem.

1. Religiosus vivo Testatore decadens nihil trans-
mittit in Monasterium.
2. Sevis si post Testatorem decedat.
3. Religiosus retinet Ius suavitatis.

1. SI Religiosus vivo adhuc Testatore, adeoque
ante delatam hereditatem decederit, satis con-
venit inter DD. quid cum Monasterium nihil
pretendere possit, cum enim vivens non sit he-
reditas, nihil jus in ea potuit Religiosus in Mo-
nasterium transire, sed Iam spem, quia eva-
nit, ubi primum Religiosus per mortem desit
est sic huius Monasterii, ita ex Viv. refert Barb. in
d. l. Duo nobis. n. 14.

2. At vero si Religiosus mortuus sit post Testa-
torem, & ita jam post declaratam hereditatem,
illa mox non nocebit Monasterio, quia heredi-
tatem perire possit, nam cum Religiosus omnia
acquirat Monasterio, illa hereditas delata; & jus
eum ad eundem sicut semel fuit Monasterio acqui-
sum, sicut docet Panorm. in e. in praesentia Pro-
prial. n. 77. & Foch. 6. controver. c. 18.

3. Et haec Conclusio vel maxime procedit, si de
hereditate paterna agatur, ubi non tantum exra-
tione predicta, quod scilicet Monasterio jus ad-
eundi etiam qualitatum sit, sed etiam ex capite sui-
torum (quaes per Professionem non tolluntur) in Mo-
nasterium hereditas non adita transmititur. Barb.
d. l. a. 4. Barth. in l. f. insanti. C. de Iure delib. n. 10.

PRIVILEGIUM XVI.

Monasterium succedit in Fi-
deicommisso si sine liberis, &c.

2. Explicatur assertum.

2. Extenditur.

3. Restringitur.

Si aliqui hereditas vel legatum relictum sit, &
si absque liberis decederit, per fidicomissum ei
substitutus extranensis institutus verò vel Legata-
rius Monasterium bonorum capax ingrediatur,
expirabit fidicomissum, & Monasterium per
modum filii succedit.

Hoc Privilegium communiter colligunt &
tradunt DD. ex c. in presentia s. de probat. & No-
vella 113 cap. 37. Idque extendit Panorm. in eod.
c. 8. n. 48. ut procedat, tametsi adjectum sit, si sine
liberis legitimus ex suo corpore procreatis decederit,
quia adhuc testator non de Monasterio, sed libe-
ris adoptatis & naturalibus tantum excludentis
cogitasse centeretur.

Cestare tamen videtur haec presumptio pro 3
Monasterio, si fidicomissum ita conditiona-
rum ad propagationem insignis aliquum familiae
institutum est, tunc enim bona ad summum in
vitum tantum Religiosi apud Monasterium manen-
t, ex verò mortuo ad substitutos de familia
probabilius pertinuerent. Vid. Gutier. Can. qq. lib.
1. c. 23. Cov. var. Refol. lib. 2. c. 19. n. 6. & seq.

ADNOTATIO.

Hoc privilegium aperte traditur in Nov.
113. c. 38. his verbis. Si quis sub conditione
nuptiarum, sive liberorum sive doni causa, an-
tenuptral donationis donaverit sive reliquerit
sive liberis sive alii circunque personae hereditatem
sive legatum aut ab initio puri et singulare sive, o-
neres eos substitutione aut restitutio, aut sub una
predictarum conditionum reliquerit vel donaver-
it, substitutiones verò vel restitutio es scribit
adjecto conditionibus quibus curaque ex iis que ju-
perius enumerata sunt: anciuntur, si personae soli
bus conditionibus subiectis sive maiori sive sca-
mina Monasteria ingrediuntur, aut Clerici Disci-
puli aut Acolyteria fiant, tales conditiones involve-
dant & pro non scriptis esse. Et paulo post: in per-
sonis enim quae Monasteria ingrediuntur, Mo-
nasterio res sub conditione donatas aut reliquias cum
alio corrum substantia competere voluntus. Nota
pianterea ex hoc textu, quod etiam illa conditio
habeatur pro non adjecta, si quis ita legaverit:
Tunc si non Religionem ingressus fuerit, lego 100.